

ŷ. Adoranda tua Conceptio per quam totus orbis in gaudio pullulavit.
Hinc. ŷ. Conceptio tua, Dei Genitrix.

IN LAUDIBUS.

Ant. 1. Dies prece dulcis ortus, magnus qui fuit portus salutis, est
hodie.

2. Consecrantur populi, quia ad salutem sæculi terra dedit fructum
suum.

3. Hæc est, quæ nescivit thorum viri; parturivit enim regem gloriæ.

4. Benedic terra Domium: creatur in te Virginum flos salus in perpetuum.

5. Dominum omnis spiritus laudet, qui misit cælitus rorem terræ desiccatae.

Capit. et ŷ. ut in Vesper. Hymnus. O gloriosa Domina.

Ad Bened. *ant.* Patriarchis o promissa, à Prophetis vox emissa hic
adstantes tua laudi, Virgo pia, nos exaudi.

Oratio ut supra, et postea fiat Commemoratio de Adventu.

Ad PRIMAM. *ant.* Abrahæ hæc semini fuit promissa: genuit regem
palme.

Ad TERTIAM. *ant.* Anna concepit sterilis: fuit fructus ejus fertilis
omni mundo. *Cap. sicut in Vesp. n.* Ecce novum, ŷ. Benedicla tu.

Ad SEXTAM. *ant.* Fructum dulcem rex saporat, et in cælis hunc decorat,
et in profundo. *Capitulum.* Num ergo filii audite me... abjicere eam.
n. Mater Dei. ŷ. Egredietur virga.

Ad NONAM. *ant.* O quam sanctam ventris onus Anna Matris Virginis!
Quam suavis et quam bonum fructus talis seminis, remediis nostræ mortis
initium! *Capitulum.* Beatus homo qui audit me... à Domino. n. Glorioso
dicta sunt. ŷ. Elegit eam.

Ad VESPERAS. ŷ. Et *ant. de Laudibus. Psalm Beate Mariæ. Capit.*
Hymn. et ŷ. ut in supra.

Ad Magnif. *ant.* O totius Trinitatis, insignæ sacrarium, excellentis casti-
tatis virgo, pacis ostium, in melius pauperatis nostræ muta vitium. *Fiat*
commem. adventus et S. Leocadiæ.

III.

OFFICIUM

CINGULI B. MARIE VIRGINIS,

quod olim ante Concilium Tridentinum in Ecclesiâ Dertusensi celebrabatur secundâ Dominicâ Octobris, editum per Rev. Franciscum Vincentium Dertusanum V. I. D. Canonicum et Priorem Ecclesiæ Tarraconensis, ac sumptum ex Breviariis antiquis dictæ Ecclesiæ.

Historia de Tortosa per Franciscum Martorel et de Luna. Libro 2. cap. 12

IN I. VESPERIS.

Ant. 1. Virgo MARIA pietissima pro nobis deprecare Christum Dominum. *Psalmi de Officio parvo Brev. Romani.*

2. Dominus Presbyterum habitare fecit ejus in domo lætantem inter
sanctorum agmina angelorum.

3. Stantes erant pedes Presbyteri in Ecclesiâ tuâ Domine.

4. Presbyter abiecio mundo desiderium suum et mentem ad cælestia
vertit.

5. Dominum non fecit taliter omni nationi, ut urbi et populo Dertusensi,
illuc magna! pandens.

Capitulum. Ad initio. et *Hymnus.* Ave maris stella. *ut in eod. offic. parvo.*

ŷ. Beatum ne dicent omnes generationes.

n. Quia fecit mihi magna qui potens est et sanctum nomen ejus.

Ad Magnif. *ant.* Grahas ingentes agunt, sanctissima Virgo, Dertusani
tibi. Pignus amoris adest.

Oratio.

Deus qui Ecclesiam Dertusensem beatissimæ Virginis MARIE visitatione
et Cingulo decorasti: ejus nobis intercessionem concede, ut Cingulo fidei
et puritatis acinetti à cunctis peccatorum nexibus eruamur. Per Dom.

IN MATUTINIS.

Invitatorium. Christum Dominum MARIE Virginis Filium, Venite
adoremus.

Psal. Venite. *Hymn.* Quem terra, pontus.

IN I. NOCT.

Ant. 1. Memor es urbis Dertusæ et visitas eam, pietissima Virgo MARIA:
à Domino honore et gloriâ coronata.

2. Dei mater immaculata solatium præstat servus.

3. Domini est Dertusa, quam ipse juxta Iberum flumen Hispania fundavit:
et in ejus et MARIE Virginis obsequium præparavit.

ŷ. Diffusa est. n. Propterea.

LECTIO 1.

Cum homines clausis foribus paradisi ob protoplasti reatum à cæli essen
arce depulsi, ruent et cuncti ad ima dari in manibus inimici, foretque
decretum Dei Filium incarnari, quo salus generi præstaretur humano; ut
quod decreverat adimpleret, MARIAM Virginem Deus indulgentissimus
elegit. Respexit enim Dominus merita et sanctitudinem ejus, cui nec ulla
mulierum valuit, nec poterit comparari. Summè tamen humilitatem ejus
conspexit: et ideò assecuta est altissimam dignitatem: esse enim meruit Mater
Dei, et sic à Domino exaltari.

n. MARIE Virginis merita et sanctitudinem Dominus conspexit. *Psal.*
Quæ esse meruit Mater Dei. ŷ. Summè tamen humilitatem ejus respexit.
n. Quæ.

LECTIO 2.

Hanc igitur Dei dignissimam Genitricem, Reginam cæli, plenam gratiâ
(quia cælestis) rueres præstatur, MARIE verò simul se totam infudit gratiâ
plenitudo) exultantes laudare et venerari, grataque præstare illi obsequia
dignum est. Hæc autem agunt Dertusenses his intenti. Propterea à Domino
ipsâ mediâ urbi, et populo Dertusensi immensa præstari beneficia, et
mira fieri clarum est: ex quibus pauca disseremus.

ŷ. Exultent omnes qui MARIE Virginis obsequiis sunt intenti. n. Cui
nec ulla mulierum valuit, nec poterit comparari. ŷ. Hæc enim nobis genuit
Salvatorem. n. Cui nec.

LECTIO 3.

Dertusæ fuit quidam Presbyter probus et timoratus, et quis is fuerit, ignoramus: qualis tamen fuit sequentia luculenter ostendunt. Hic curans Christum sectari abjecto mundo mentem ad cœlestia vertit. **MARIE** Virginis Dei Matri sedulo obsequia præstans. Contigit semel cum nocte quiesceret; ut surgens in noctis dimidio in Ecclesiâ Dertusanâ Matutinis (prout erat solitius) interesset (res mira) ad Domum ad januas dictæ Ecclesiæ, contiguas cœmeterio ductus in ea. Te Deum laudamus audiens cantari, illum quomodo venisset curans, tunc minime perscrutari, cepit contristari, et intra se dicere. Heu quia favens sonno ad Ecclesiam serus accessi. Sed cum hodiè officium de feriâ debeat fieri: quid est quod solemne officium intra Ecclesiam sentio celebrari?

ÿ. Presbyter curans Christum sectari. ñ. Abjecto mundo mentem ad cœlestia vertit. ÿ. **MARIE** Virginis Dei Matri sedulo obsequia præstans. *Psal.* Abiect. Gloria Patri. *Psal.* Abiect.

IN II. NOCT.

Ant. 1. Specie tuâ et pulchritudine tuâ intende, prosperè procede et regna.

2. Refugium est nostrum; Virgo **MARIA** clementissima: adiutrix in tribulationibus.

3. Gloriosa dicta sunt de te, dulcissima Virgo **MARIA**: ex quâ Christus Dominus natus est.

ÿ. Specie tuâ. ñ. Intende prospere.

LECTIO 4.

Hæc dum secum tacitus cogitaret, Ecclesiæ januas cernens apertas, stans ad limen ingentem intuitus est luminis claritatem conspexit à capite Ecclesiæ usque ad ipsum limen sanctos Dei Angelos in vestibus albis per chorus hinc inde stantes, arcensos cereos albi s habentes: quos tremens cum cerneret, illum nulu Angeli vocaverunt, sibi cereum accensum tradentes, et ut ad altare majus accederet inuuentes. Quibus assensit. Perrexit igitur ad altare, cujus ad latus vidit mulierem speciosam valde ornatam, sedentem in solio coronatam. Cui aderant stantes ad latera duo viri, quæ illum intuens, eum accersivit et dixit illi. Tu Presbyter noscitur me? Cui perterritus respondens presbyter ait: Ego quamquam suspicer; planè tamen. Domina, te non novi, Tunc illa inquit Presbytero. Ego sum Mater Dei, cui tu summè obsequia præstas. Hi duo viri hinc inde stantes præcipui sunt Christi Apostoli; à dextris Petrus Christi Vicarius, et Paulus Doctor gentium à sinistris.

ñ. Dulcissima Virgo **MARIA**. *Psal.* Dixit Presbytero hæsitanti. ÿ. Ego sum Mater Dei, cui tu summè obsequia præstas. *Psal.* Dixit.

LECTIO 5.

Tunc Presbyter flexis genibus dixit illi. O sacratissima Virgo **MARIA** Mater Domini nostri JESU-Christi, et Domina mea: undè hoc mihi, quòd ego indignus Presbyter et peccator merear te Reginam cœli vivens adhuc corpore intueri. Virgo autem **MARIA** Sacratissima dixit ei: Surge, ne timeas. Tu quidem assidue mihi servis infensus: propterea vivens in hoc sæculo me videre, chorisque his interesse angelicis meruisti. Et quoniam in honorem Filii mei, et meum hæc Ecclesia est constructa, et vobis Dertusensibus curæ est me plurimum venerari, ideo quia diligo vos, pro quibus meum ad Filium intercedo, solvens Cingulum, quo præcingor, à me

fabaicatum, super altare illud pono, et vobis trado, ut hoc in pignus amoris mei habeatis. Et tu hæc omnia Urbis Episcopo, Clero et populo reserabis. Et hæc dicens solvit et posuit super altare Cingulum, tradens illud. Dixit illi Presbyter: cum sim solus, si dixerò hæc, non credent. Virgo **MARIA** pietissima dixit illi: ecce Monachus majorem habes contestem, qui est in choro, et hæc omnia cernit, ideò illis vos duo hæc omnia et singula referetis. Et visio his dicitis evanuit.

ñ. Presbytero dixit Virgo **MARIA**, vobis Dertusensibus trado Cingulum quo præcingor. *Psal.* A me fabricatum. ÿ. Ut illud in mei memoriam habeatis. *Psal.* A me fabricatum.

LECTIO 6.

Presbyter autem præfatæ Ecclesiæ januas clausas conspexit seque in cœmeterio esse. Tunc ad domum suam reversus cum illius ostium interiorius esset clausum, dixit. Nunc scio verè quia extra domum Dominus me adduxit, et vera sunt omnia quæ pensavi. Et pulsato ostio illud ancilla aperuit (erat enim ibi illa ad obsequium sororis Presbyteri commorantis cum eo) quæ eam alloquens. Tunc Presbyter, unde veniret, stupuit; sed quomodo exisset domo longè amplius mirabatur. Soror autem Presbyteri ejus sanctitudinis non ignarâ indixit ancillæ silentium. ñ. Presbyter ad se reversus dixit. *Psal.* Nunc scio verè, quia extra domum Dominus me adduxit. ÿ. Et vera sunt omnia quæ pensavi. *Psal.* Nunc =Gloria.=Nunc.

IN III NOCT.

Ant. 1. Afferte **MARIE** Virgini, Dertusenses: afferte illi obsequium et honorem: adorate Dominum in atrio sancto ejus.

2. Lætamini in Domino, Dertusenses: laudate nomen Domini.

3. Cantate Domino, Dertusenses, quia mirabilia fecit.

ÿ. Aduvabit eum. ñ. Deus in medio.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7.

In illo tempore factum est, cum Loqueretur **JESUS** ad turbas, extolvens vocem quædam mulier de turbâ, dixit illi: Beatus venter qui te portavit, et ubera quæ susxit. Et reliqua.

Homilia Ven. Bedæ Presbyteri.

Magnæ devotionis et fidei hæc mulier ostenditur, quæ Scribis et Phariseis Dominum tentantibus simul et blasphemantibus tanta ejus Incarnationem præ omnibus sinceritate cognoscit, tantâ fiduciâ confitetur; ut et præsentium procerum calumniam, et futurorum confundat hæreticorum perfidiam.

ñ. Sancta et immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam, non scio. *Psal.* Quia quem cœli capere non poterunt, tuo gremio conuulisti. ÿ. Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. *Psal.* Quia.

LECTIO 8.

Ingressus autem domum Presbyter memoratus cepit secum cuncta, quæ audierat et viderat perscrutari, dicens: cum sim Presbyter inutilis et peccator, ob quid Dei dignissimam Genitricem, et mirabilia in hæc nocte mereri inturi? Et cum hæc diceret, ad Matutinum Officium sonum campanæ, dum pulsaretur in noctis dimidio, audivit, Et ad dictam Ecclesiam pergens festinus apertis ejus januis à ministris, in illam ocius in-

travit, et Monacho majore propè accersito, dixit illi: Vidisti, quæ paulo ante in hac sanctâ Ecclesiâ evenerunt? At ille respondit: Vidi. Et cum propterea Monachus major in Allari cereos accendisset, accesserunt simul ad illud, et Cingulum ibi à Virgine MARIA indulgentissimâ positum conspexerunt. Postea autem expleto officio matutino, Presbyter et Monachus major prædicti Canonici et Clerici, qui ibi aderant, congregatis, illis omnia quæ contigerant, proparalunt. Qui omnes ad Allare, ut viderent Cingulum, perrexerunt. Quo inspecto, mirantes cum gaudio abierunt.

n. Beata est Virgo MARIA, quæ Dominum portasti Creatorem mundi. *Psalm.* Genusti, qui te fecit, et in æternum permanes Virgo. y. Ave MARIA gratiâ plena Dominus tecum. *Psalm.* Genusti.

LECTIO 9.

Manè autem factò Presul, Clerus, Proceres ac populus civitatis in dictam Ecclesiam convenerunt, quibus dicti Presbyter et Monachus major monstrantes Cingulum, cuncta, quæ in nocte viderant et perceperant retulerunt. Tunc Presul indixit festum jussitque diem illum ab universo urbis populo celebrari. Post hæc sacris ritè peractis, per urbem Cingulum cum Hymnis et canticis delulerunt. Ad Ecclesiam autem reversi recondiderunt illud in sacratio ejus, ibique servandum esse in perpetuum censuerunt. Igitur exultent et jubilent Dertusani presidio Virginis MARIE Dei Matris excellentissimæ tuti, illam laudantes et venerantes, ac Christum cernui deprecantes: ut ejus precibus exoratos, eos per sæcula servet, et sedes in cœlis illis et gaudia præstet.

n. Felix nanque es sacra Virgo MARIA et omni laude dignissima. *Psalm.* Quia ex te ortus est Sol justitiæ Christus Deus noster. y. Ora pro populo etc. *Psalm.* Quia Gloria *Psalm.* Quia.

Te Deum laudamus.

y. Ora pro nobis Sanct.

n. Ut digni efficiamur.

IN LAUDIBUS.

Ant. 1. Firmavit Dominus Dertusam, cujus Ecclesiam decet sanctitudo in longitudinem dierum.

2. Jubilate Deo mares et feminæ Dertusenses: servite Domino in lætitiâ.

3. Presbyter memor fuit tui, Domine, super stratum suum: in matutinis meditatus est in te.

4. Benedicat Dominum Dertusa: laudet et super exaltet, eum in sæcula.

5. Jovenes et Virgines Dertusenses: senes cum junioribus laudent nomen Domini.

Capitulum. Ab initio.

Hymnus. O gloriosa.

y. Elegit eam Deus et pælegit eam.

n. Habitare eam facit in tabernaculo suo.

Ad Bened. ant. Dulcia MARIE solatia Virginis almæ sunt, quæ suis præstat cervulis ipsa nimis.

Oratio. Deus qui Ecclesiam... ut *supra.*

Horæ dicuntur ut in Officio B. M. V.

In II. Vesperis omnia ut in primis præter, n. et ant. ad Magnificat.

n. Presbytero dixit Virgo MARIA, vobis Dertusensibus trado. *Requiro in Matutinis.*

Ad Magnif. ant. Nostrî Redemptoris Mater dignissima Christi pro nobis illum Virgo precare piens.

ADDITIO

ponenda die XXVIII. Novembris post Nonam Lectionem, quæ dici debet unâ cum Octavâ pag. 462, ut fieri possit sequens.

LECTIO 9.

Commemor. Dedicationis Ecclesiæ Dertusensis.

Ex Instrum. hujus Dedicat. Espanâ Sagrada Tom. 42. pag. 310.

Incæpit Gaufredus Dertusensis Episcopus cum venerabili suo conventu ædificare Domum Domino in honorem Sanctæ Dei Genitricis Virginis MARIE quam demum consummavit, et multis ac magnis expensis ad perfectionem perduxit Pontius Dertusensis venerabilis Episcopus, successor Domini Gaufredi. Fabricâ igitur Ecclesiæ feliciter consummâ, placuit Ildephonso Regi Aragonensi et Sanctæ Regine prædictam Ecclesiam dedicari. Proinde accesserunt Rex et Regina

et Pontius Episcopus Berengarium Archiepiscopum Tarraconensem, et Petrum Ausonensem Episcopum, plurimos etiâ Abbates et Clericos, Raimundum quoquæ de Monte Cateno, et plurimos alios Barones Regni et Comitatus, infinitos etiâ populos à longinquis regionibus venientes, et totum faciente divinâ clementiâ et perficiente in presentia omnium istorum dedicata est Dertusensis Ecclesia à prædicto Tarraconensi Archiepiscopo in honorem Domine nostræ Sanctæ Dei Genitricis MARIE Virginis anno millesimo centesimo septuagesimo octavo Dominicæ Incarnationis, Indictione undecimâ, quarto Kalendas Decembris. Tu. Te Matrem.

ORATIONES

sequentes, ex Breve. Hierdensi excerptæ, possunt dici ad libitum ante et post recitationem Horarum.

Ante Horas.

Oratio.

Mater digna Dei, veniæ via, lumenque dici,

Sis tutela rei, duxque, comesque mei.

Nata Dei, miserere mei.

Digna coli, Regina poli, me linquere noli.

Te volo laudare, et semper amare.

Me tibi, Virgo, pia genitrix, commendo, MARIA.

JESU—Christe Filii Dei, tu miserere mei. Amen.

Post Horas.

Oratio.

O MARIA purissima, s'tella maris clarissima: Mater misericordiæ et aula pudicitia, ora pro me ad Dominum JESUM—Christum Filium tuum, ut me ab omnibus malis eruat, bonis gaudere faciat, à vitiiis evacuet, et virtutibus corroboret. Amen.